

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. &  
Cod. Professor. Ad Exequias Quas Filiolae suae ... Catharinae Elisabethae  
Taddels, Parentes moestissimi Hodie ... paratas cupiunt Omnes Omnium  
Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809563>

Druck    Freier  Zugang



Lembke, H.

in Cath. El. Taddel.

Rostock 1655.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809563/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809563/phys_0002)

DFG





PROGRAMMA.

quod

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS Lembke /  
J.U. D. & Cod. Professor.

AD EXEQUIAS

Quas

Filiola sua svavissima & scitissima

CATHARINÆ  
ELISABETHÆ  
TADDELS,

Parentes mæstissimi

Hodie circa horam primam pomeridianam parata  
cupime.

Omnis Omnium Ordinum Cives Academicos

officiale invitatæ



ROSTOCHIÆ

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typog.

ANNO 1655.

157



I. Divina & ineffabilis  
providentia, quæ certum &  
inevitabilem vitæ terminum  
cuiq; mortalium assignavit,  
peccatorum nostrorum votis  
responderet, non jam, & haec  
vice, Puella insignibus animi  
ornamentis conspicuæ, iremus exequias. Neq;  
Clarissimus & Excellentissimus noster Collega,  
**DN. BERNHARDUS TADDELIUS**,  
Græc. lit. Prof. dignissimus, orbatus jam sum-  
mò vitæ suæ delicio, corsuam debitò dolore re-  
seruum gereret. Neq; tristissimà Mater, Macro-  
naq; honestissima, sui sexus progeniem, tam  
anxiè desideraret. Sed cheu! præter opinionem,  
præter spem accidit, quod in tam tenellâ æta-  
te, tam citò, ex albo mortalium expuncta sit  
puella lectissima, voluptas patris & matris; cui  
quilibet nostrum & longiorem vitam, & felici-  
ores, diuturnioresq; vitæ successus, animitus  
expetebar. O dispendium, Collegæ & Amico  
BO. NICOTIAE TADDEI nostro

nostro honorando nimis grave & amarum.  
quod , inter alias vitæ humanæ calamitates &  
infortunia, domum ejus , instar contagiosi ali-  
cujus syderis, secundâ jam vice afflavit. Nihil o-  
minus tamen , siquidem se Virum prudentem  
& sapientem præsticit in aliis fortunæ vicissitu-  
dinibus constanti mente toleratis ; nunc reve-  
rà opus habet, ut in præsenti casu , generosi &  
verè Christiani pectoris soliditatem conteste-  
tur , & ad aliquod mœroris remedium non-  
tam cogitet quid perdiditerit , sed qualibus ani-  
mi decoris excellentem filiolam habuerit ;  
qualibusq; jam illa bonis , inter beatissimarum  
mentium jubilos & aplausus perfruatur. Hæc  
talis nata fuit hic A.M.DC.XLIX.d. 29.Novem-  
bris. Patre Viro Clarissimo & Excellentissimo  
DN. M. BERNHARDO Zaddeln / Græc.  
liter. Professore meritissimo, Collegâ & Amico  
nostro honoratissimo. Matre ELISABETHA  
Zinzerlings / Matronâ virtutibus fœmineum se-  
xum exornantibus condecoratâ. Avum paternum  
habuit BERNHARDUM Zaddeln; Ci-  
vem , negotiatorem ; ac CentumVirum hujus  
Reipublicæ fidissimum. Ayiam paternam CA-  
THARINAM Schmilowen / Mulierem pro-  
bissimam. Proavum paternum ex unâ linea  
habuit

A 2

habuit MICHAEL E M Taddeus/ Civem Gry-  
phismolensem integrerrimum. Ex alterâ linea  
Proavum paternum ELIASM Schmilowen /  
Civem ac Negotiatorem hujus Civitatis hone-  
stum. Cujus uxor erat ANNA Bergmans/ /  
NICOLAI Bergman/ in hac Provincia Salin-  
arum, & fossiliis, utilisq; cespitis, quem verna-  
culâ lingvâ Terff nuncupamus, primi auctoris  
& inventoris filia. A vð Materino gloriari poter-  
at iucundissima puerilla, JUSTO ZINZER-  
LINGO, Icto & Philologo celeberrimo. Ju-  
dicii Supremi Mecklenburgici Adfessore graviss-  
imo. Avia materis AGNETA Hanen/ mu-  
tiere optimâ. Proavo materino ex una linea clara  
esse poterat, DN. M. MICHAEL ZIN-  
ZERLINGO, Eschenbergensis prius; post  
Tungedanæ Ecclesiæ, in quadragesimum usq;  
tertium annum Pastore fidelissimo, illiusq; Dn.  
M. JOHANNIS ZINZERLINGI, Wan-  
genheimensis Ecclesiæ Pastoris, totiusq; illius  
Diocesos Superintendens gravissimi, ab ipso  
Reverendo plurimum & Excellentissimo Viro  
Dn. D. MARTINO LUTHERO, Ecclesiæ  
Augustana Phosphoro, ut & a Clarissimo Dn.  
BUGENHAGIO, ad officium Ecclesiasticum  
introdacti filio. Cujus conjux erat JUSTINA  
Bryß.

Bryßmannis / illius JUSTI LUDOVICI BRY-  
SOMANNI, Græc. ling. & Orator; in Salanâ Uni-  
versitate Professoris p̄æclarè meriti filia. Pro-  
avo maternò ex alterā līnēâ, non ignobilis esse  
poterat, piè defuncta puella BERNHARDO  
Hanen / Cive Rostochiensum non postremò.  
Qui consortem vitæ & thalami obtinuerat ELI-  
SABETHAM Klingen / illius Clarissimi in Or-  
be literato Viri, DN BARTHOLOMEI Klin-  
gen / J. U. D. Professoris, ultra quinquaginta an-  
nōs emeritissimi, Consiliarii q̄; Mecklenburgici  
eminentissimi filiam. Hisce parentibus & Ma-  
joribus prognatal hæcce mellitissima puellula;  
& in sequenti statim die, per lavacrum Sacrae re-  
generationis, CHRISTI Ecclesiaz membris in-  
corporata, insignia jam indolis egregiæ, & edu-  
cationis piissimæ luculentissima testimonia ex-  
hibuit. Et fuit, non solum parentum mœstissi-  
morum, sed etiam honorum, qui ipsam nove-  
rant testimonio, merum & unicum delicium,  
fuisseq; foaminei sexus, in posterum decus, nisi  
ipsam Mortis rapacitas, à viventium cætu avulsif-  
feret. Quæ per quartordecem septimanas morbō,  
quidem simili, quod scicissimus puerulus, frater  
ejus, præteriti anni 1654. Mense Novembre ex-  
tinguebatur, conficitur cum ipsi, Excellentis-  
simi

simi sicut Medici, nempē D N. D. SIMON  
PAULI, & D N. D. Würdig/ remedii suis cer-  
tè saluberrimis , mederi non potuissent , hanc  
vallem lachrymarum reliquit. Et antè ipsum  
vitæ obitum, postens sibi catechismum porrigi,  
ex cōq; admirandō vocis & cordis concentu  
hæc Sanctissima Verba prælegens , Gott wil  
uns dñmit locken das wir glauben sollen. Er sey  
unser rechter Vater/ und wir seine rechte Kinder/  
auff das wir getrost/ und mit aller Zuversicht/ Ihn  
bitten sollen/ wie die lieben Kinder ihren lieben Va-  
ter bitten: Animulam suam innocentissimam  
suo Supremo CREATORI reddidit ; hu-  
diusq; tertius , circà quintā matutinam , in-  
ter preces & pia suspiria placidissimè expira-  
vit. Sed quid jam facietis Parentes mæstissimi?  
annè & hanc filiolam immodestius deplorabitis  
quanquàm eximiam Vestram Spem & dulcissi-  
mum vestrum Amorem ? anne satius ipsi non  
exoptabitis, tam facilem tamq; felicem ex hac  
vitâ miserrimâ dimissionem? annè potius non  
gaudebitis, quod nondum in vitiis corruptâ æta-  
te, è mundi hujus perversitate secesserit, & quod  
jam inter illos purissimos Spiritus, SACRO  
SANCTAM TRINITATEM, SU M-  
MUMQUE ILLUD BONUM, adorer ac  
cele-

celebret? Novimus Sane vestram prudentiam,  
& pietatem christiano homine dignissimam;  
novimus vestra verèq; christianam constantiam  
decentia pectora; certissimèq; confidimus,  
Vos plus Divino placito, quām paterno Amori  
tribuituros. Vos æquissimo animo laturos  
huncce luctuosum casum. Vos deniq; abstersis  
ex oculis lacrymis, frenoq; dolori, licet justo &  
pio injecto, ex solâ & unicâ D E I Benignissimi  
Voluntate, ingentem animi voluptatem, quietatâ mente, capturos. Cum igitur, hujus te-  
nerrimæ puellæ corpusculum, piissimæq; animulæ Holpitium, hodiè, ad sepulchrum de-  
portari, terræq; omnium nostrum matri, ad  
Universalem carnis humanæ Resurrectionem  
concredi debeat. Vos Jam Omnia Ordinum  
Cives Honoratissimi, amanter & officiosè in-  
vito, ut hancce egregiam ac suprà ætatem sapi-  
entem puellulam frequentes comitemini, illiq;  
ut Viri clarissimi & Professoris hujus Academiæ  
celeberrimi filiæ, ut tantorum Majorum, optimè de literatis etiam, & de literis promeritorum  
progeniei, supremum hoc humanitatis officium,  
vestrâ decenti præsentia, (que non parum tantam  
animorum ægritudinem, parentibus leniet)  
exhibeatis. Inter eundum autem, propriam  
quoq;

quoq; mortem devotē mecum meditēmini. quod  
Lex nempē universa sit qua jubet nasci & mori. Et  
quod Omnibus hominib⁹ terminas vita sit mors;  
etiam si quis sā domi inclusum continet, & custodiat.

P.P. Rostochii sub Sigillō Rectoratus nostri

die 15. Februarij. A.D. M. DC. LV.

**Conventus fiet horā prima, in Sacra  
Æde Jacobæa.**












celebret? Novimus Sane vestra  
& pietatem christiano homine  
novimus vestra verèq; christi  
tiam decentia pectora; certissim  
Vos plus Divino placito, quā  
tribuituros. Vos æquissimo  
huncce luctuosum casum. Vos  
ex oculis lacrymis, frenoq; dol  
pio injecto, ex solā & unicā D  
Voluntate, ingentem animi vo  
tata mente, capturos. Cum ig  
nerrimæ puellæ corpuseulum,  
mulæ Hopitium, hodiè, ad  
portari, terræq; omnium nos  
Universalem carnis humanae  
concredi debeat. Vos Jam On  
Cives Honoratissimi, amante  
vito, ut hancce egregiam ac sup  
entem puellulam frequentes co  
ut Viri clarissimi & Professoris  
celeberrimi filiæ, ut tantorum  
mē de literatis etiam, & de liter  
progeniei, supremum hoc huma  
vestrā decenii præsentia, (qua  
tam animorum ægritudinem, p  
exhibeatis. Inter eundum au



ntiam  
nam;  
nstan  
dimus.  
Amori  
aturos  
stersis  
ustq; &  
issimi  
, quie  
us te  
; ani  
m de  
ri, ad  
onem  
dinum  
osè in  
n sapi  
, illiq;  
demiæ  
, opti  
torum  
ficium,  
m tan  
leniet)  
oriam  
quod;